



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

9 Sortilegia, quae haeresim manifest sapiunt, quomodo cognoscantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

ſuis nefariis orationibus miſcendo, mediatores in illis orationibus à Deo exaudien- dis ponendo, cereos accendendo, & Deum per eorum nomina, vel merita obſecrando, non ut ſortilegi, ſed, ut hæretici, iudicio eccleſiæ ſunt habendi, ut in eodem Direct. Inquiſ. q. 47. numer. 10. & 11.

9 Et regulariter omnia ꝛ illa ſortilegia ſapiunt hæreſim manifeſtam, quæcum aliquo dicto, vel factò hæreticali exercen- tur, ut ſi quis in ſortilegio amatorio De- um, aut eccleſiaſtica ſacramenta abnega- ret, aut in eodem ſortilegio eccleſiæ ſacra- menta admiceret. Sapiunt etiam hære- ſim manifeſtam illa ſortilegia, & divinatio- nes, ſeu maleſicia, in quibus admiscen- tur ſacramentalia, ut aqua, vel cera benedi- cta, & his ſimilia, ſive verba, & Evangelium, Symbolum fidei, Pater noſter, Ave Ma- ria, aut Pfalmus aliquis Davidicus, ſeu verba ſacræ ſcripturæ, aut aliæ ſanctæ ora- tiones, quibus fit ſortilegium qualifica- tum. Et generaliter omnia crimina, quæ natura ſua præ ſe ferunt aliquid, quod eſt hæreſis manifeſta, ut baptizare imagines, vel animalia irrationalia, puerum rebapti- zare, preces nefarias dæmonibus fundere, 10 ꝛ aut illis ſacrificare, idolis genua flecte- re, & ſimilia, quæ præ ſe ferunt idololatri- am, manifeſtam hæreſim ſapiunt, quamvis nullum factum per ſe fit hæreſis. Sylveſt. in ſumm. in verb. hæreſis, 2. num. 4. Alkonſ. Caſſ. lib. 1. cap. 15. circ. ſin. de juſt. hæretic. punit. Simanc. de cathol. inſtit. tit. 30. num. 15. Direct. Irquiſit. part. 2. cap. 24. numer. 2, 3, 4 & 5. & ibi Pegn. com. 67. ver- ſum primò ergo. uſque ad verſ. quantum ad ſecundum.

Illæ enim ſortilegia non dicuntur hære-

ſim manifeſtè ſapere, in quibus dæmon invocatur ad faciendum, ſeu cognoſcend- um ea, quæ ipſe facere, & cognoſcere poteſt, divina virtute non reptimente, pro ut homines, ad peccata, & libidines ten- tare, naturalium, & ſuperiorum virtutes cognoſcere, & quibus medicamenta ad ſanandum, & atrocia beneficia ad cauſan- dum diverſas infirmitates confici poſſunt, ut per D. Thom. in 2. 2. diſtinct. 96. quaſt. 2. & in tract. qq. 1. par. quaſt. 7. de mir. & eodem lib. qu. 16. art. 7. de demon. Præſentiaque occulta, & præterita ſcite, & ſic furta jam facta revelare, his caſibus, & ſimilibus, ſi dæmonis in ſcrti' egis implo- ratur auxilium, ſortilegium non dicitur hæreticale, ut poſt D. Thom. Abb. & plures alios per ipſum citatos, tenet Farinac. in præſ. crim. quaſt. 20. numer. 80, & Clar. in §. hæreſis, numer. 23. Quæ pro- cedunt, niſi ratione comiſtionis ſacra- mentorum, ſacramentalium, aut verbo- rum aliter ſit iudicandum, ex ſupra allega- tis, aut, quòd talia patrant eſſent de ex- preſſa dæmonis profeſſione, quo caſu om- nia ſortilegia, quæ ab illis ſunt, reſpectu operantis erunt hæreticalia, ut poſt plures alios per ipſum citatos. Farinac. ead. qu. 20. nu. 81. & 82.

11 Ideò ſtriges ꝛ cùm præcipuè expreſſam profeſſionem, & ſolem- nem dæmoni in univerſalibus congregationibus faciant, expreſſum cultum adorationis dæmoni reddendo, preceſque fundendo, & illis ſacrificando in eorum ſortilegio ſunt vio- lenter ſuſpectæ de hæreſi, & omne extra gremium Eccleſiæ, & à communionem fide- lium penitus alienæ. Subverſæ enim ſunt, & à diabolo captivæ tenentur perſonæ, quæ relicto ſuo creatore, diaboli ſuffragia
quæ-